



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 92. Præcipui ex Scriptoribus Catholicis hoc anno defuncti, eorumque opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Hoc item anno Franciscus Arnoldus Sæc. XVIII. A. C. 1711.
 de Metternich Monasteriensis Epi-
 scopus die duodecima Martii Synodum
 Diæcesanam celebravit, in qua præ-
 primis statuit, ne quis ad S. Ordines Hartzh
t. 10. Conc.
Germ.
pag. 374.
 promoveatur, nisi prius præstiterit ju-
 ramentum juxta formulam Innocen-
 tii X. & Alexandri VII. & quidem in
 sensu, quem nuper Clemens XI. in sua
 Constitutione, quæ incipit. *Vineam*
Domini declaravit. Ejusmodi juramen-
 tum ab omnibus Curatis & Monialium
 Rectoribus præstari voluit, præcepit-
 que, ut libri doctrinam Jansenii cen-
 cernentes Ordinario tradantur: indicis
 demum suspensionis, aliisque Canonicis
 poenis inhibuit, ne ejusmodi libri oc-
 cultentur, vel retineantur: Extendit
 quoque approbationem, quam antea
 Parochis & Capellanis pro certo dun-
 taxat districtu dederat, ad quorumvis
 Sacerdotum sæcularium confessiones,
 etiam extra illum districtum exci-
 piendas.

§. XCII.

*Præcipui ex Scriptoribus Catholicis
 hoc anno defuncti.*

Numerantur ex Scriptoribus Catho- Cerf Bibl.
des Auth.
de la Congr.
 licis doctrina & librorum edito-
 rum præstantia inelytis non pauci hoc
 anno Bb 5 pag. 157.

Sæc. XVIII. anno denati, ex quibus tamen du-
A. C. 1711. taxat sequentes recensemus, & qui-
 dem primo obiit die prima Maij But-
 stadii Andreas Chrystomus Zaluskii,
 Vir eruditionis amplitudine, legatio-
 nibus, primisque Regni dignitatibus
 & officiis celeberrimus: Regebat pri-
 mo Episcopus Kioviensem, Czernicovien-
 sem, postea Ploczkoviensem, a-
 denique Varmiensensem Ecclesias: poste-
 riorem tamen Episcopatum sibi ab Au-
 gusto Poloniæ Rege oblatum acceptare
 recusavit, eoquod per Mariæburgensem
 Palatinum Rex hanc conditionem adje-
 cisset, ut dum Episcopatus Uladisla-
 viensis, vel per assensum vel possessio-
 nis mortem vacaverit, Zaluskiius Var-
 miensem in favorem Cardinalis Saxo-
 Citiensis tum Jaurinensis Episcopi di-
 mitteret, qui etiam eo nomine per
 Confessarium suum quasdam propo-
 sitiones Zaluskio fecerat, *ego vero, in-*
quiebat Zaluskiius, nec conditionem
hanc nominationem, nec aliquem tractatum
admittere unquam volui, cautamque habui
circumspectionem, ne vel in minimo incur-
rerem Simonice notam. Postea in supre-
rum Regni Cancellarium electus, re-
mulatorum ac præcipue Cardinalis Ra-
diowskii Primatis invidiam in se conce-
tavit, uti ipse Zaluskiius assererat his
verbis: Est mihi hoc dolendum quidem,
quod

Epist. t. 2.
pag. 519.
die 10. Febr.
 1698.

Pag. 677.

quod nullo concessio jure hæc fiant mecum, Sæc. XVIII.
 sed multo magis illud, quod origo calamitatis, A. C. 1711.
 omniumque ærumnarum a Primate veniat manu. Accusatus enim, quod cum Suecis clandestina foveret consilia, Anno 1706. custodiæ dabatur, in qua per quinque Menses detentus, postea Romam adductus est, & ubi Aconam pervenerat, in carcerem Regis jussu conjectus, tandem Romam versus iter suum profequi permittebatur: agnita vero ejus innocentia anno hujus sæculi septimo de hostibus suis victor in patriam rediit, paulopost tamen recrudescentibus æmulum odii Aulam unacum Cancellarii dignitate reliquit, in suam Diæcesin reversus: Augusto autem Rege in Poloniam redeunte rursus Cancellarii munere fungi jubebatur, morte tamen præventus in sua Diæcesi decessit, annos natus sexaginta & unum. Scripsit Epistolas Historico-familiares, pro se plures Apologias, & sermones in comitiis habitos. II. Gabriel Gerberon Benedictinus ex Congregatione S. Mauri, de cujus fati jam supra mentionem fecimus. Huic Authori quamplurima opuscula ab ejus hostibus, ut ei negotium facerent, adscripta fuere, nos duntaxat recensemus illa, quæ ipse in quodam Indice descripsit: & primo qui-

Sæc. XVII. quidem ab eo habetur edita Apologia
 A. C. 1711. Ruperti Tuitiensis Abbatis, Acta Martini
Mercatoris, & iudicium circa collo-
 quium inter Religiosum & Abbatem
 quemdam de commendis, adornavit
 etiam novam editionem operum S. An-
 selmi. Historiam de tunica inconsutilli,
 Speculum pietatis Christianæ, & eius
 apologiam, iudicium de choreis, apo-
 logiam Pœnitentiæ, Causidicum a
 Christo damnatum, novam editionem
 Catechismi de Pœnitentia, medita-
 tiones S. Anselmi: Relationem ad Seig-
 neleium, apud quem de sua fuga &
 doctrina rationem reddidit, observatio-
 nes in Jus Canonicum circa jus Patrona-
 tus, Victtricem veritatem Catholicam,
 Reflexiones Christianas, Vindicias Ec-
 lesiæ Romanæ circa veritates de Præ-
 destinatione gratuita, & gratia efficaci.
 Æquum iudicium, Anselmum per se
 docentem, Examen præjudiciorum con-
 tra Jurieum, Monita salutaria Gallice
 reddita: Verum devotum B. V. occu-
 pationem internam sub Missa, renova-
 tionem votorum in Baptismo, Regu-
 lam morum contra laxiores doctrinas,
 novam editionem operum Baij, Me-
 diationes Christianas de Misericordia &
 Providentia Dei, Historiam Genera-
 lem Jansenismi, Tractatus Historicos,
 literas Jansenii cum notis, binas episto-
 las

las ad Benignum Bossuetum; Confiden- Sæc. XVIII.
 tiam Christianam, Christianum illust- A. C. 1711.
 ratum, colloquia eruditarum Matro-
 narum, Epistolam ad quamdam Mo-
 nialem Portu - Regiensem, duas epi-
 stolas circa missionem Jesuitarum, Ab-
 batem Commendatarium, Vitam Jesu
 Christi, & Vanum triumphum Jesui-
 tarum de Gerberoni retractatione, quem
 tamen librum non complevit, eoquod
 a Patre de Loo Superiore interceptus,
 suppressusque esset. III. Julianus Bel-
 laise ex eadem Congregatione operam
 suam junxit novæ editioni operum S.
 Ambrosii, adornavit etiam novam edi-
 tionem Conciliorum Normanizæ, sed
 eam morte præventus non absolvit,
 Guilielmus tamen Bassinus ejusdem
 Ordinis completam Rothomagi typis
 vulgavit. IV. Franciscus Lami ex
 præfata Congregatione, elucubrav
 librum de cognitione sui ipsius, Veri-
 tatem evidentem Religionis Christi-
 anz, Atheismi novi everfionem seu reu-
 tationem systematis Spinosæ, Epistolam
 cujusdam Theologi ad suum Amicum,
 Querelas Apologizæ Benedictini con-
 tra Francizæ Præsules. Gemitus ani-
 mæ propter corporis tyrannidem. Præ-
 lectiones sapientizæ de mancipatione ad
 Dei servitium, prima elementa scien-
 tiarum, Epistolas Theologicas & mo-
 rales,

Sæc XVIII. rales, incredulum per rationem ad re-
A. C. 1711. ligionem reductum, de cognitione &
 amore Dei, Paraphrasin in hæc verba:
Suscipe me secundum eloquium tuum, re-
 futationem systematis Nicoledi de gratia
 universali, refutationem libri de ora-
 tione publica, præter plurimas episto-
 las ad diversos. V. Laurentius Co-
 mes de Magelotti edidit Sapientes ex
 naturali experientia, epistolas familia-
 res contra Atheos, relationes Sinenfes,
 relationes de variis Aulis, concordiam
 Religionis cum Principatu, Caracte-
 res diversorum hominum, tractatum
 de anima brutorum, pluraque alia.
 VI. Nicolaus Boileau publici juris fe-
 cit reflexiones in Longinum, Longi-
 num de sublimitate Gallice redditum,
 & sub nomine *Lutrin* poema contra Ec-
 clesiasticos præter plures satyras. VII.
 Germanus de Faille posteris reliquit
 Historiam Tolosanam, & tractatum de
 Nobilitate Tolosana præter plurima
 alia. VIII. Claudius Frassen Ord. S.
 Francisci scripsit Scotum Academicum,
 disquisitiones Biblicas & Epistolas S.
 Paulini Gallice redditas præter librum
 precatorium. IX. Josephus Zagalia
 Carmelita scripsit cursum Theologicum
 & tractatus de Deo, Angelis, actibus
 humanis, de Incarnatione, de gratia,
 de fide, spe, & charitate. X. Chri-
 stopho-

stophorus a S. Joseph Carmelita Excal- Sæc. XVIII.
 ceatus scripsit egregium opus de Re- A. C. 1711.
 gulis morum.

§. XCIII.

*Opera & obitus Scriptorum Etero-
 doxorum.*

His adjungimus celebriores Scriptores
 Acatholicos, quos inter primo loco
 recensendus venit Henricus Dodwellus,
 qui elucubravit dissertationes Cypria-
 nicas & in Irenæum, Prælectiones
 Academicas, Parænesin de nupero
 schismate Anglicano, dissertationem
 de tabulis cæli & annis Patriarcharum,
 opus de cyclis, de communione Lai-
 corum Sacerdotali & quædam alia.
 II. Adam Herold edidit Palladium re-
 formatorum a sua Sede destructum in
 Cap. IX. Rom. & varias Theologicas
 disputationes. III. Nicolaus Gùrtlerus
 publici juris fecit Historiam Templa-
 riorum, Origenes mundi, Theologiam
 systematicam, Elencticam, & practi-
 cam, explicationem vocum Typico-
 Propheticarum, systema Vaticiniorum,
 Dialogos Eucharisticos, Historiam Ec-
 clesie Gallicæ & defensionem Cateche-
 seos Palatinæ. IV. Joannes Ernestus
 Grabe vulgavit Dissertationem de variis
 vitiis LXX. Interpretum versioni illa-
 tis

Wood
 Athen.
 Oxon.

11